3650 basis marmorea. Tibure *vicino la chiesa di S. Andrea* MARZI. Effossa Tiburi CITT. (Marc. 105). 'Gran Duca' [i. e. Romae in hortis Mediceis] CITT. Marc. p. 130, Vat. f. 187. Romae in hortis Mediceorum Pincianis viderunt WINGHE et RELIQVI omnes. Nunc extat Florentiae in museo.

C · AEMILIO · C · F · FAB
ANTONINO
EQVITI . ROMANO
Q̄ · Q̄ · PATRON · MVNICIPII
OMNIB · HONORIB ·
HONESTE PERFVNCTO
CVR · FANI HERC · VICT ·
PONTIFICI

Descripsit Henzen. Nicodemus non exhibet, sed novit puto et in memoria habuit, cum scripsit p. 71, 'Tiburtes ex foederatis Romanos effectos cives, in Aniensem, Galeriam, Fabiam, Quirinamque tribus esse conscriptos'. Fortasse a Nicodemo, certe non de visu, Marzi II p. 53 (inde Kircher Lat. p. 193; Vulpi Lat. 10 p. 145). Romae descripserunt Cittadinius Marc. p. 105. 130 et apud Manutium Vat. 5253 f. 137. 187'; Winghe Brux. 1, 79' = cod. Raffaelli f. 137; Sirmond ms. Paris. suppl. Lat. 1419, 96; Castellini ad Smetium suum (nunc bibliothecae publicae Veron.) f. 64'; Ptolemaeus sched. Sen. 1, 458 (inde Mur. 176, 4); Spon p. 187; Seguier Paris. f. 59'; Amaduzzi anecd. litt. III p. 467 n. 11 (inde Donati 245, 7 auctore non laudato). 'E schedis Vaticanis', fortasse Cittadinianis Manutii, Malvasia p. 434. Orelli 2206.

3651 Tibure rep. anno 1833 una cum n. 3597 et n. 3654.

M · AEMILIVS · L*epidi?*
LIB · GAMVS · HE*rc. aug.*

S. Viola *giornale arcad.* 58 (1833) p. 345, *cronaca dell' Aniene* (1835) p. 130; Massimo *relazione* p. 385 n. 43.

1 fin. L] IV Mass. — 2 fin. HE.. Viol., HEP... Mass.

3652 in loco nuncupato *il Cavaliere,* Fratrum Hospitalitatis S. Ioannis de Dio iuxta viam quae ducit Tibur GORI. Hic locus situs est a dextra viae Tiburtinae (Romam relinquentibus), pari fere inter Romam et Tibur intervallo (cf. Nibby *anal.* I p. 443). Hanc inscriptionem vere Tiburtinam esse indicat munus Herculanei Augustalis v. 2 et 5.

L · ALBIVS · L · L
MAG · HERC · E*t aug*
FVLTIAE · M · L · PSYCHIN
L · ALBIVS · L · L
MAG · HERC · E*t aug*

Gori cod. Marucell. A 63 ex epistula Bottarii scripta Romae d. 27 Iun. 1733.

3653 Tibure in abbatia S. Clementis.

Q · APROFIN
TR · *mil.*
IIII · VIR · I · D · A*ed*

Servavit Sieder f. 73. Inde pendet Rambertus cod. Maruc. f. 249. Ex ipso Siedero edidit Murat. 675, 8.

1 nomen potest fuisse *Aprofen[nius]*.

3654 cippus marmoreus eleganter ornatus. Rep. Tibure anno 1833 una cum n. 3597 VIOLA. Extat in hortis publicis.

C · BICLEIO · C · F · CAM · PRISCO
OMNIBVS · HONORIBVS
FVNCTO · OPTIME · DE RE
PVBLICA · TIBVRTIVM
MERITO
S · P · Q · T

in latere intuentibus dextro:

HIC · REM · PVBLICAM
TIB · EX · ASSE
HEREDEM
FECIT

Descripsi. S. Viola *giornale arcad.* 58 (1833) p. 344, *cronaca dell' Aniene* p. 131; Folchi *diss. della pont. accad. di arch.* 6 p. 81; Amati ms. Vat. 9774 f. 32 a Stephano Rossi; Massimo *relazione* p. 382 n. 11 (inde P. H. Visconti *giornale arcad.* 76 p. 323); Nibby *analisi* 3 p. 212; Bulgarini *notizie* p. 33. Henzen syll. n. 6994.

Idem sine dubio cuius nomen leviter immutatum (*Bicul.* pro *Bicl.*) legitur in tegulis infra editis.

3655 Tibure in S. Benedicti SIED. LEONC. OTTOB. — Ad aquas Alburneas GRVT. errore, de quo dictum est ad n. 3580.

C · CAESILIVS · C · F
C · HEIVLIVS' · T · F · Q
MOIR COI · D · S · S

Tria exempla videntur extare, primum id quod reperitur apud Siederum f. 75 (inde male Murat. 1648, 21); alterum Leoncinii ms. f. 4' Mancinique apud Metellum f. 345' et apud Pighium f. 4 (ex Mancinianis Manutius Vat. 5237 f. 422 similiterque schedae Ursini eae ex quibus habuit Grut. 150, 3); tertium codicis Ottob. 2970 f. 19, nisi hoc quoque derivatum est ex secundo.

1 CAESILIVS Sied., CAESI-IVS Leonc. cum suis (CAES.↘ILIVS Manc. ap. Met.), CAESILVI Ott. — 2 HEIVLIVS omnes (spatium vel lacunam inter HE et IVLIVS significat Manc.) — 3 in. aliquid deficere significant Manc. ap. Met. cum Manut. et Grut. — MOIRCO Sied., MOIRRCOI Leonc. (MO·T·RR·COL Manut., similiter Grut.), MOIRREO·I Ottob. — Apud Grut. ad hanc adnectitur inscriptio infra edita n. 3668.

Q(uaestores) duo opus aliquod *d(e) s(enatus) s(ententia)* fecisse apparet; *moir(os)* in v. 3 significari non crediderim.

3656 Tibure in aede divi Clementis IVC. LEONC. OTTOB., in abbatia S. Clementis SIED. BRVN. *Negli orti di S. Maria degli Angeli de' PP. Somaschi* MARZI, similiter SVAR. 'In hortis collegii virginum S. Mariae de Angelis; refossus iterum est lapis terra iam obrutus, a. 1739' VVLPI. Fieri potest ut extet adhuc in hortis illis (iuxta ecclesiam nunc vulgo a S. Anna nuncupatam); sed eo adire virgines loci dominae mihi non permiserunt. — Tibure in aede S. Pauli DON. errore.

TI · CLAVDIO
SALVIANO
HERCVLANO
AVG · GRATIS
CREATO
DVPLICARIO

Iucundus Ver. f. 132, Magl. f. 108 (ex Iucundo ut videtur schedae Donii Vat. 7113 f. 52); Sieder ms. f. 73 (inde pendet Rambertus Pat. f. 139; ex hoc Bertoli *antich. di Aquileja* p. 215 n. 258; ex ipso Siedero edidit Muratori 190, 8 'e schedis meis'); Brunelleschi f. 69'; Alciatus cod. Feae f. 97. 128'; Leoncini ms. f. 5; codex Ottob. 2970 f. 16'; Marzi II p. 52 (inde Kircher Lat. p. 193 auctore non laudato); Gudius ms. 221, 2, ed. 120, 7; Suaresius cod. Vat. 9140 f. 204, cod. Barb. 30, 182 f. 19; Fabretti 744, 530 (ex hoc Orelli 3934) fortasse de visu; Vulpi Lat. 10 p. 144 qui vidit.

1 TITO Iuc. Alc. 97 Ottob. — 2 SILVIANO Brunn. Alc. 97. — 6 PVBLICARIO Marz.